

vita amici fuit sibi præciosior. Est enim ipsa iudicium maxime charitatis, secū dū illud Ioa. 15. Maiorē charitatem ne mo habet &c. Neq; n. mors Christi fuit se præciosā patri, nisi ad patris hono rē pro iustitia suscepta extitisset. Quō præciosā est in conspectu domini mors sanctorū eius psal. 115. Non. n. iud. eorū invidia illi patri fecit placabilē, sicut nec iuscung; alterius latrocinio in teempti mors Deo placet.

Pro qua ergo iustitia animā suā tra didit, nonne ex obedientiæ præcepto? Qui autem obedientiæ præcepto se subicit, & ita videtur Christus, contra voluntatem animam suam tradidisse. Pro solutione notandum q̄ multum referi dicere: Christus animam suam tradidit, quia servavit obedientiam. Et Christus animam suā tradidit exigente hoc præcepto obediē tiz. Pro cuius intellectu supponendum nunc creaturā rationālē iustā esse factā & ad hoc q̄ Deo frueretur in beatitudine. Nā & beatitudinem finē esse hominis, & per virtutes illā posse attingere, etiā populorū est sententia, vt patet per totū librū Eth. Nā ad illā tēdit natura liter omnīū hominū intētio 13. de trini. & 3 de con. sol. Beatitudo autē cū sit sum mū, & optimū nō pōt cōsistere nisi in p fectissimo actu nobilissimarū potētiarū animæ respectū summi obiecti. Hic autē est intuitus visio, & fructio deitatis. Exigit ergo hoc Deus ab homine, vt ve ritatē, & iustitiam viuendo, & loquē do indeclinabiliter teneat tāquam viā ad beatitudinem sui. sc. iucundissimam fruitionem. Propter hoc enim creatus est hō, ppter hoc in seruitutē hominis redacta est omnis corporalis creatura, pp hoc Sol, Luna, & Stellæ nobis lucet, propter hoc cælum suis influētīs terrā secundat, propter hoc terra nos susten tat, & vidualia nobis parturit. Aquæ fluūt, aer serenatur. Omnia quoq; vno consensu hominē seruiunt. vestiant, ve hō viuendo veritati, & iustitiæ, suo seruiat creatori Veritas. namq; & iustitia omnē virtutē includunt. Veritas intel lectuālē, iustitia moralem. Et ad hoc p

obedientiam tenetur homo Deo. Hanc igitur obedientiā debebat homo Chri stus Do patri, eiusq; humanitas diuini tati. Tenendo igitur indeclinabiliter ve ritatem, & iustitiam Christus fecit id, quod paterna exegit obedientia. Propter hoc autem quia docuit veritatem & tenuit iustitiam (quas oderunt Iu dæi, quia fuere peruersitatis eorum con trariæ, & non ob aliud) persecuti sunt eum vsque ad mortem. Dicitur ergo quod pro iustitia veritatis animam suam tradidit. Vidit enim mala iudæorum, quæ fecerant, & quomodo inordinata, & distorta affectione affi ciebantur ad legem suam, transgredien tēs præcepta Dei patris sui propter traditiones suas, vt dicit Matth. decimoquinto. Populum quoque falsis do cttrinīs in errorem ducebant dicentes Iuramentum, quod fit in templo, nul lum esse, sed tenere, quod fit in atrio tē pli, vt dicitur Matth. vigesimo tertio. Prohibuerunt denique, misericordiæ opera impensa homini in Sabbato, cū tamen ipsi ouē in Sabbato de puteo ex traherent, & alia multa, quæ patet per euangeliorum discursum. Hæc saluator noster in eis reprehēdit, eosq; ab hmōi erroribus reuocare opere, & sermone laborauit. Sed & prophetica vaticinia in se cōpleta, & complenda declarauit. Hæc dicendo cōtra eorum vota in iusta eorum inuidiā contra se excitauit. Sed quia nunc veritas dicenda erat, maluit pro iustitia mori, quā veritatē tūc dicē dā obtinere. Sic ergo mortem Christus sustinuit, quia ab obedientia minime declinavit. Mortē ergo nō exegit pater ad filio, sed iustitiæ, & veritatis p̄seuerā tiā, ad quam malitia iudæorū mors est subsēcuta. Sumamus exemplum con gruum de principe mittente filium ad hostiū expugnationem; cuius mortem non vult, sed fortem ei⁹ in bello p̄seue rantia, ne turpiter fugiat, etiā si p hoc imminuentem ex p̄seuerantia mortem declinare possēt. Sic in proposito: Chri stus non est mortuus cogente obediē tia. Non enim habuit præceptū deserē di, vitā, sed ne nō p̄seueraret obediētia

I tenendi

Christus mortuus pro iustitia, & quō.

Mortuus pro iustitia, & quō.